

## Sermo

Omnes honorate. fraternitatem diligite. Deum timere Regem honorificare. Serui subditi estote. in omni timore dominis. non tantum bonis et modestis. sed etiam discoloris. Hec est enim gracia in cristo ihesu domini nostri

¶ Evangelium. Iohannis. xvi.

**I**n illo tempore Dixit ihesus discipulis suis.

Modicum et iam non videbitis me. Et iterum modicum et videbitis me. quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem. Quid est hoc quod dicit nobis. modicum et non videbitis me. et iterum modicum et videbitis me. quia vado ad patrem. Dicebat ergo. quid est hoc quod dicit modicum. nescimus quid loquitur. Cognouit autem ihesus quia volebant eum interrogare et dixit eis. De hoc queritis inter vos quia dixi vobis. modicum et non videbitis me. et iterum modicum et videbitis me. Amen dico vobis. quia plorabitis et flebitis vos. Mundus autem gaudebit. vos autem contristabimini. sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Dulcis cum parit tristitiam habet. quia venit hora eius. Cum autem pepererit puerum iam non meminit pressuræ propter gaudium. quia natus est homo in mundum. et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem videbo vos et gaudebit cor vestrum. et gaudium vestrum nemo tollit a vobis.

¶ Dominica tertia post pascha.

¶ Sermo sexagesimusecundus.

## Sexagesimusecundus

**M**odicum et iam non videbitis me. In predicationis dominicis actum est de fide et dilectione. In hac conuenienter agitur de spe glorie. que facit nos gaudere in tribulationibus huius vite. Legitur autem hoc euangelium in quo dominus paucis verbis pronunciat tria. scilicet. Dormit suam. et resurrectionem. et ascensionem ad patrem. De primo ait. Modicum et non videbitis me. scilicet. post mortem. uno die et duabus noctibus. dum fuero in sepulchro. et secundo subdit. et iterum modicum et videbitis me. scilicet. post resurrectionem. quadraginta diebus in quibus apparebo vobis.

De tercio addit. quia vado ad patrem. Quantum dolorem putas hec verba in apostolorum cordibus generaliter quando audierunt euangelium domini propter que omnia dimiserat a se in proximo separando. scilicet. ipse premissit modicum. eis namque videbatur satis longum. Unde Bernardus. O modicum. modicum. modicum. longum. In die domine modicum dicitur quod non videbimus te. saluum sit verbum dei mei longum est et multum valore nimis. verumtamen utrumque verum. quia modicum mentis. et non modicum vocis. In hijs tamen verbis spiritualibus est intelligencia inquirenda. Tempus quo fuit dominus in sepulchro significat statum culpe in quo gracia dei moritur in peccatore quod bene constat ex uno die et duabus noctibus. Dies est claritas glorie secularis que tota in ostensione consistit. Unde dicunt discipuli